



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1861

IX. Graf Magnus von Anhalt, Domprobst zu Lebus, verzichtet auf die Zehnthhebung aus den im Lande Sagan neugegründeten Dörfern, am 1. Juni 1251.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55508](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55508)

IX. Graf Magnus von Anhalt, Domprobst zu Lebus, verzichtet auf die Zehnthebung aus den im Lande Sagan neugegründeten Dörfern, am 1. Juni 1251.

Nos Magnus, dei gratia prepositus lubucensis, Comes iunior de Hanhalt, intendens pacifice vivere cum venerabili patre episcopo Wratiflauiensi et ecclesia sua — — protestamur, quod contentus veteribus decimis de districtu Zaganienfi, que collate fuerunt olim per Episcopum Wratiflauiensem Lubucensi prepositure et quas nostri antecessores perceperunt, de novalibus omnium villarum, que in eodem districtu postea sunt locate, nolumus nos immiscere, nec aliquam super hoc Wratiflauiensi episcopo vel ecclesie facere questionem. Datum Anno domini M^o. CC^o. LI^o., kal. Junii.

Wohlfürck I, 83.

X. Erzbischof Wilbrand von Magdeburg schließt einen Vergleich mit dem Bischofe von Lebus über die Zehnten im Lande Lebus und die Orte Seelow, Wuhden, Drossen, Göritz und Bolescowitz, am 7. März 1252,
angenommen von dem Bischofe Wilhelm von Lebus am 24. April 1252.

Nos Willelmus, dei gracia episcopus Lubucensis, pro nobis et successoribus nostris recognoscimus et presentibus protestamur, quod nos irrefragabiliter omnia seruabimus, que in priuilegio continentur, quod nobis et successoribus nostris pro se suisque successoribus dominus noster Wilbrandus archiepiscopus tradidit in hac forma. Wilbrandus, dei gracia sancte Magdeburgensis ecclesie archiepiscopus, omnibus in perpetuum. Quanto nobis ad episcopum Lubufanum et ecclesiam suam maior familiaritas est et fauor, tanto magis uerborum pariter et factorum effectu uolumus omnia prouidere, que familiaritatis possunt esse turbatio et fauoris. Sane cum nos uenerabilem in Christo dominum Willelmum, episcopum Lubufanum, ad pontificalis nominis dignitatem omni quo potuimus deuotionis studio domino promouimus annuente, ut dilectionis germen, quod sinceritatis exhibitio seminauit, hinc inde inter nos et successores nostros et ipsum successoresque suos episcopos Lubufanos fructus multiplicis referat incrementum et nulla litigiose possit oriri materia questionis, Jus quod de nostro, Capituli nostri, nec non et ipsius domini Lubufani consensu ipsi et sui successores habebunt in theloneo, moneta et decima partis illius, que nos facta cum Brandenburgensibus marchionibus terre diuisione, continget presentibus declarantes recognoscimus, quod assignauimus sibi partem decimam lucri, thelonei et monete cum suis attinentiis et quod sibi dabitur annuatim nomine decime dimidius tertio argenti Magdeburgensis de unoquoque manso flammigo: uerum quam diu durabit gracia libertatis, quam habebunt illi, qui recipient se sub nobis et terram incultam perducent ad fructum, uolumus, quod aliquot mensure de mansis singulis secundum quod nobis uisum fuerit in recognitionem decime sibi dentur. Insuper